nales ideo ſic dicti et appelati ſunt quia eorum̄ conſilio regit eccleſia ſequitur neceſſario quod papa non poteſt explicare ardua ſine conſilio cardinalium quia ad quid dicerent cardines eccleſie quia quia viderentur habere nomen inane quod eſſe non debet. Nomina enim imponuntur rebus ſecundum ꝓprietatem earum vt inquit ariſtotiles quarto methaphiſice et facit capitu. cum ſecundum apoſtolum de preben. et capitu. ſi cupis .xvj.q.j. faciat pro hoc apertus text⁹ in capitulo anaſtaſius xix. di. in ver. ſi eo quod communicaſſet ſine conſilio epiſcoporum vel preſbiterorum vel clericoruꝫ cuncte eccleſie catholice vbi papa non potuit facere decretum ſine conſilio epiſcoporum vel cardinalium et ſic ibi videtur in indiuiduo. Et ſi dicatur quod ille textus loquitur in facto fidei concedo hoc ergo eſt ſpeciale fauore fidei arg. capi. in fidei fauorem de hereti. libro ſexto. reſpondeo ratio ſpecialitatis eſt quia factū eſt arduum arg. capi. maiores de baptiſ. et capitulo quod de tranſlatione de officio le. ergo ex illo tex. ſumit regula ꝙ vbi factum eſt arduum debet adhiberi conſilium cardinaliuꝫ faciat arg. capi. cum dilicta de confirma. vtili. vbi per idēptitatē rationis exceptio a regula extenditur ad ſimilem exceptioneꝫ et quod ſingulariter voluit Iohan. cald. in capitulo ſenes de teſtibus quod dictum magnifacit dominus abbas in capitu. Iurauit de teſtibus vbi dicit qnod exceptio a regula in matrimonio habet locum in ſponſal. quando eſt eadem ratio accedat ad hoc glo. elegens in dicto capitulo anaſtaſius qui dicit quod papa tenetur requirere conciliū vbi agitur de fide. Ita dicamus in ſimili in facto arduo quod neceſſe eſt requirere cōcilium cardinalium Faciat etiam illud quod in veteri teſtamento ſeruabatur circa hoc illud idem eſt ſeruanduꝫ in nouo teſtamento tex. Habeo expreſſum in dicto capitulo per venerabilem. §. rationibus in verſi. ſane cum deutronomij lex ſeruanda interpretetur vt ꝙ ibi decernitur in nouo teſtamento. Habeat obſeruari. locus eniꝫ quē elegit dominus apoſtolica ſedes eſſe cognoſcitur Sed in veteri teſtamento in hijs que erant ardua ſūmus ſacerdos adhibebat conſiliuꝫ ſacerdotuꝫ leuitici generis nec exprimebat ardua ſine coruꝫ conſilio hoc

decidit ibi textus in ver. ſed quia ſicut in deutronomij contine
tur ſi difficile et ambiguū apud te iudicium eē proſpexeris in-
ter ſaguinem. inter cauſam et cauſam inter lepram et lepram
et iudicij interpretes videris variare venies ad ſacerdotes le-
uitici generis et ad iudicem qui fuerit illo tempore qui iudica
bunt tibi veritatem et facies quecumqꝫ dixerit qui preſunt lo-
co quem elegerit dominus ſequenqꝫ ſ eorum ſententiam Hec
ſunt verba formalia deutronomij relata in. d. §. rationibꝫ Si
cut ergo ſummus ſacerdos in veteri teſtamento iudicabat dif
ficilia et ambigua cum conſilio ſacerdotum leuitici generis ſic
et papa neceſſario tenetur tunc in arduis requirere conſili-
um cardinalium qui ſunt ſacerdotes leuitici Ergo cum pa
pa ibi arguat ex veteri teſtamento ergo arguit ex iure diui-
no vt in capitulo Humanum genus. j. diſti. Ergo ſequitur ꝙ
neceſſario tenetur requirere in arduis conſilium cardinalium
et ſic eſt caſus ſui et melior. de iure decidens iſtum paſſum in
d. §. rationibus. Facit etiam. l. humanum. C. de legi. vbi im-
perator in. l. promulgando diſponit ꝙ ſeruetur forma ibi tra
dita videlicet quod fiat per ſenatores et proceres ſui ſacri pa
lacij et per ipſum principem confirmetur Si ergo imperator
condit legem conſilio ſenatorum et procerum ergo multo for-
tius papa cum conſilio cardinalium nam illud nomen et illā
gloriam habent cardinales ꝙ et quam habebant ſenatores
et patricij vt dicit textus in capitulo conſtantinus. xcvj. Si
cut ergo ſe habent ſenatores ad imperatorem ita ſe habēt car
dinales ad papam et ſic cum imperator promulgat leges no cū
conſilio ſenatorum eodem modo promulgat papa cum con-
ſilio cardinalium per de l. Humanum coniuncto ca. conſtan-
tinus Et ſi oppo. ꝙ illa lex procedit ex humanitate vt ſuperi-
us oppoſui. reſpondendo ꝙ illa humanitas eſt tranſlata in iu
ris diſpoſitionem argu. d. lege humanitatis. C. de impub. et
alij ſubſti. et per reſpectum ad papam inducit quandam de-
centiam et concernit bonos mores et facit quod in ſimili dix-
it baldus in lege omnem. C. ad tercull. de bonis moribus cō
ſeruandis. Faciat etiam quia domini cardinales ſunt capitu
lum eccleſie vniuerſalis vt no. in clementi. ne romani de elec.

Et hoſtien. in capitulo ad liberandam de iude. et baldus in
lege cum multa. C. de bonis que liberis vbi bald⁹ vtitur iſto
modo loquendi quod collegium cardinalium ſit capitulum
eccleſie vniuerſalis facit capi. in nomine domini. xxiij. diſtin.
ſed prelatus non poteſt expedire ardua ſine conſilio ſui capi-
tuli vt in capitulo primo de exceſſi. prela. et in capitulo quali-
ter el. ij. de accuſationibus ergo eodem modo papa ſine con-
ſilijs cardinalium Facit etiam quod habetur xxij. diſti. in ſu.
vbi criſtus contulit petro duas claues per vnum importatur
poteſtas per aliam inportatur diſcretio vt ibi eſt textus ergo
nimirum ſi exercendum clauem diſcretionis vt diſcernat inter
lepram et lepram cauſam et cauſam debeat adhibere conſiliū
cardinalium in arduis decidendis Et hoc ſentit gloſa ibi que
dicit exponendo inter lepram Hoc eſt cauſam et cauſaz et di-
cit ꝙ gracianus alludit ei quod fiebat in lege veteri cum enim
dubitabatur de aliquo an eſſet infectus lepra ducebatur ad
ſacerdotes et ſecundum eorum arbitrium recipiebatur vel eij
ciebatur et allegat dictū capitulum per venerabilem Et ſic vi
detur inferre quod papa quo ad exercerdam clauem diſcreti
onis debet facere vt fiebat olim in veteri teſtamēto in quo ſū
mus ſacerdos requirebat conſilium ſacerdotum quando dif-
ficile et arduum occurrebat. Facit etiam aūc. habita. C. ne fi.
pro pa. vbi dicitur habita deliberatione abbatum ducum pro
cerum et glo. ibi dicit et ſic erit lex ſolemnis: et alleg. d. le. Hu
manum Et ſic ponderanda eſt illa glo. quod imperator pro-
mulgat legem ſolemnem de conſilio ſenatorum et ſic ſentit ꝙ
non eſt de honeſtate immo eſt de ſolemnitate legis ergo multo
fortius papa id tenebitur facere ad quid enim ſtarent domini
cardinales ad latus principis. Facit etiam ratio in conuinci-
bilis. facere ardua cum conſilio ſenatorum tendit ad beatitu-
dinem imperij ita dixit textus in dicta le. humanuz ergo eodē
modo ſi papa facit ardua cum conſilio cardinalium tendit ad
ſalutem et exaltationem eccleſie. ſed papa debet intendere ad
ea que tendunt ad ſalutem eccleſie et omnium fidelium cū ſi-
bi dictum paſce oues meas vt capitulo ſignificaſti de electi.
ergo ꝛc̄ Et maxime quia cum maiori deliberatione fiet et cuz
maiori gratia ipſius dei iuxta illud mathei ſi duo ex vobis vl

tres conueniunt ſuper terram in nomine meo de omni quam-
cumqꝫ pecierint fiet illis a patre meo facit etiam capitulo ec-
cleſia ſenatum habet xvj.q.j.vbi eccleſia habet ſenatum qui
ſunt cardinales vt intelligit illum tex.inno.in capitulo cuꝫ te.
de re.iudi.vbi eccleſia habet ſenatum ſine cuius conſilio ali-
quid non debet facere et ſic videꝛ ibi. caſus formalis pro iſta
dubitatione et faciunt iura multa in quibus papa dicit de cō-
ſilio fratrum.in rebus tamen arduis vt in capitulo primo de
renun.libro ſexto et in capitulo primo de ſciſma.e.li.nec ē di-
cendum ꝙ de gratia papa conſueuit adhibere conſilium car-
dinalium quia non eſt res que conſueuerit fieri de gratia vt
pulchre dixit innocen.in capitulo cum eccleſia ſutri. de cauſa
poſ.et bartolus in l.j.§.hoc interdic.ff.de itine. ac ſꝫ prima.
ergo non eſt verum dicere quod de gratia papa adhibet con-
ſilium cardinalium Facit etiam papa vt bonus paſtor debet
ſequi illud per quod ſalubrius prouidetur eccleſie vniuerſali
Sed requirendo conſiliuꝫ ī arduis ſalubrius prouidet eccle-
ſie vniuerſali ergo ꝛc. Facit etiam quod voluit Johānes mo
nachus in dicto capitulo ſuper eo vbi dixit collegium cardi-
naliuꝫ eſſe in quaſi poſſeſſione vt papa non faciat ardua ſine
conſilio eorum et narrat celeſtinum contuliſſe multas abbati
as et epiſcopatus et alias dignitates ſine conſilio fratrum et
poſtea coram ſuo ſucceſſore ſatis fuit de hoc diſputatum Et
per illam quaſi poſſeſſioneꝫ dicit illas collationes fuiſſe caſſa
tas ꝛ etiam ibi io.mo.dicit inquadā adiect. ꝙ per benedictuꝫ
xi.fuerunt ſuſpēſa que bonifacius abſqꝫ cōſilio fratꝝ dederat
marchionibꝰ quia tangebant ardua licꝫ in illis multa ſtatuta
fuiſſēt iuſta Et iſtam partē ſeqꝛtur.d.ab.in.d.§.rationibꝰ ſ̄pu-
tās illuꝫ tex.ad hoc ſingularē ꝛ etiā ideꝫ voluit in quadā ſua
diſputatiōe īcipiēte epiſ.qdā ī xj.col. ꝛ idē etiā tenuit ī ſpeti.d.
c.ꝑ vene.et facit ſingulare d.bar.ꝙ refert archi.ī d.c.ſūt qdā
q̄ dicūt ꝙ pa.nō pt facere le.gene. ſuꝑ vniuer.ſtatu eccle.ſine
ꝯſilio car.ꝙ dic.d.abb.ī d.ſua diſpu. dicit ꝓbari ī d.§ ratiōi.
idē tenuit d.car.florē.ī repe.c.ꝑ pēdiꝰ d̄ ſen.excō.all.io.mo in
d.c.ſuꝑ eo.idē ad litt.voluit bal.ī d.l.cū mlta vbi d.ꝙ ī ardu.
dꝫ īuenire ꝯſē.car.ꝛ moueꝛ ex eo qꝛ ca.eccl.vniuer. Et etiā cū

dicto Johanne monacho tranſit domin⁹ petrus in d. capitu
ſuper eo Et perconſequens concluſio eſt veriſſima ꝙ papa d-
buit adhibere conſilium cardinalium in re tam ardua et iſtam
puto veriſſimam doctrinam ſalua ſemper deciſione eccleſie
romane cui me humiliter ſubmitto. Et etiam facit. quia papa
dicit ſe adhibuiſſe conſilium et conſenſum dominorum cardi-
nalium vnde preſupponit conſilium et conſenſum fuiſſe adhi-
bitum a dominis cardinalibus. eſt ergo inſiſtendum ſumoge
an interuenitur et opponitur quod ſufficiunt ꝙ duo interuene
rint ad verificandam bullam per. l. vbi numerus. ff. de teſti.
ad quod reſpondeo et dico hoc eſſe erroneum aſſere in iure. ꝙ
quando papa dicit in ſua bulla vel conſtitutione de fratrum
noſtrorum conſilio intelligitur loqui de fratribus collegiali-
ter prout faciunt collegium ad hec allego textum et glo. in ca-
pitulo ſi canonici de officio ordi. libro ſexto vbi hoc tenet do-
minicus per illum textum et glo. ꝙ ſi in actu aliquo dicitur ca-
nonici aliquid fecerunt ꝙ intelligitur capitulariter et in hoc
reprehendit oldra Et fuit reprehenſio originaliter lapi. abba
tis in capitulo ad decimas de reſti. ſpo. libro ſexto vbi dãnat
per illũ tex. d oldra ⁊ alle. ꝯ ol. capitu. eccleſia vulterana de
elec. et facit capitulo cum eccleſia ſutrina de cã. poſ. et ꝓprie
ita dicamus in propoſito noſtro eo ipſo quod papa dicit de
conſilio et conſenſu fratrum noſtrorum intelligitur collegali-
ter prout illi fratres faciunt collegium ꝙ etiam ad oculum de
monſtro nam eo ipſo quod papa appellat cardinales fratres
loquitur de eis vt de collegio quia quidam ſunt dyaconi car-
dinales quidam preſbiteri cardinales et iſtos nõ appellat fra
tres quidam ſunt epiſcupi cardinales et iſtos appellat fratres
Ita no. in capitulo de officio leg. libro ſexto. et ibi dominicus
quando papa loquitur de eis vt de collegio appellat eos fra-
tres ex eo quia cum inter eos ſint aliqui cardinales ideo fit d
nominatio a nobiliori et digniori et ſic eo ipſo ꝙ eos appellat
fratres intelligit collegialiter Ideo in caſu noſtro eos adhi-
buit vt collegiũ. ergo oportet fateri quod illa verba de conſi-
lio fratrum importãt maiorem partem cardinalum prout
faciunt collegiuz et ſic illa verba excludunt duos vel tres car-

dinales Jmmo includunt maiorē partez collegij Sed opoꝛ
tet nunc demonſtrare quod licet ita ſint concepta verba bul
le tamen non interuenit conſilium et conſenſus collegij cardi
nalium Nam cardinales qui fuerunt curia tempoꝛe quo euge
nius conſtituit et decreuit iſtam bullam qui ſuperuixerunt tē
poꝛe quo huiuſmodi controuerſia fuit inter generalem mini
ſtrum et vicarium generalem dixerunt ſe non recoꝛdari quod
interfuerunt et per honeſtatem prudentiſſima eoꝛum domina
tio deponit ſe non recoꝛdari ne per hoc ledatur opi domini
eugenij nam non preſumitur obliuio in eis et alle. allegans di
ctum relatum a baldo in lege preſbiteri. C. de epi. et cleri. vbi
dicit quod ſi teſtis dicit non recoꝛdoꝛ ꝙ puniatur quando eſt
certum quod debet recoꝛdari ſi autez eſt pꝛobabilis cauſa ob
liuionis tunc nō puniretur ſuper quo refert imo. dixiſſe quod
teſtis debet magis recoꝛdari de perſonis et de loco quam de
die vnde quando ſuper tempoꝛe eſt multum excuſabile dictū
teſtis qui dicit ſe non recoꝛdari de tempoꝛe alle. dictum Inno
cen. in capitulo qualiter el. ij. de accu. et licet Baldus idem nō
dicat tamen ibi voluit archi. in capitulo nichilominus. iij. q.
ix. Modo domini cardinales non deponunt ſuper tempoꝛe.
ſed deponunt ſuper ipſo actu et actus eſt arduus ſuper quo
non cadit obliuio Pꝛimo quia non eſt ita antiquum quod in
eo cadat obliuio quia adhuc non ſunt elapſi decē anni et mul
to plus erat recens eo tempoꝛe quo domini cardinales dixe
runt ſe non recoꝛdari quia anni ſunt elapſi quibus ita dixerāt
licet enim tempus . decem annoꝛum dicatur longum tempus
vt in capitulo nulli de rebus eccle. non alie et in cle. e. ti. et in
lege. ij. ff. ſi. ager vectigal. et pꝛeſumatur obliuio in ſpatio de
cem annoꝛum vt in lege peregre. ff. de acq̄r. poſ. et in lege pꝛi
ma. C. de ſeruis fugi. tamen cum iſtud ſit minus tempus non
pꝛeſumitur obliuio cum factum ſit arduum iuxta illud quod
ſcribitur in pꝛimo eneidos manet alta mente repoſitum iudi
cium paridis. Nec domini cardinales deponunt de tempoꝛe
ſed de ipſo actu. et etiam eo magis quia ſepe numero de huiuſ
modi vicario generali dictum fuit quia in derogationem po
teſtatis miniſtri generalis fuerat creatus ideo nulla veriſimi

preſumptio extat quod domini cardinales fuerint obliti de re
tam ardua et tam recenti Ideo preſumendum quod domini
cardinales ita dicunt ſe non recordari ne ita aperto ore teſtifi
centur contra bullam pape ideo perinde haberi debet eorum
teſtificatio ac ſi dicerent quod ipſis inſcijs et ignorantibus il
la bulla emanaúerit et ideo videtur iſtam negatiuaꝫ fuiſſe ſuf
ficienter probatam quod ipſi domini cardinales non interfu-
erunt nec huic bulle conſenſerunt aut conſilium preſtiterunt ⁊
perconſequens iſtud eſt. veriſſimum quod Eugenius inſcio
collegio dominorum cardinalium illam bullam conſtituit et
per viam legis et conſtitutionis concedere huiuſmodi bullaꝫ
ſine collegij conſilio et conſenſu res fuit ardua et ad hoc facit
glo. ſolem. in capitulo tertio de proba. que dicit ꝙ probatur
conceſſio non fuiſſe facta per capitulum eo ipſo quod canoni
ci qui interfuerunt in capitulo teſtificantur quod quotiens fu
it factus ſermo in capitulo de illa conceſſione non fuit obten-
ta quia tunc eſt probata negatiua. Ita dicamus in ꝓpoſito ꝙ
eo ipſo quod domini cardinales dicunt ſe nõ recordari quod
conſenſerit in conſtitutione illius bulle et ſi conſenſiſſent veri
ſimile eſt ꝙ recordarentur vt eſt dictum probata eſt iſta nega
tiua quod ipſi non conſuluerint Sequitur ergo ꝙ non habi-
ta deliberatione collegij cardinalium dicta bulla emanauit ⁊
per conſequens non potuit Eugenius rem tam arduam face-
re inſcio collegio cardinalium et cum apponitur quod papa
ita aſſerit ergo ita eſt preſumendum. Et quia illa ſolemnitas
potuit interuenire tempore conſtitutionis dicte bulle arg. gl.
le. j. C. de fide. inſtru. et iure haſt. ſiſti. libro decimo ad hoc re
ſpondeo et eſt ante omnia ponderandum diligenter.

## Eugenius mandauit bullam in ſua vita nullatenus publicandā.

Quia preſupponitur quod Eugenius mandauit illam bullam
non debere publicari donec durauerit vita ipſiꝰ Eugenij vn-

de conſiderandꝫ eſt quod ſi ita eſſet quod bulla illa emanaſ
ſet de conſilio et conſenſu cardinaliꝫ non eſt veriſimile quod
dictus eugenius mandaſſet illam bullam non publicari ex eo
quia cum conſenſu et conſilio cardinalium res geſta non pre-
ſumitur ita male geſta quod papa nollet quod publicaretur
quia preſumptio eſt quod mature et penſate ſtatuta et ordina
ta fuerit per roman. pontifi. et domnos cardinales maxime
quia per viam conſtitutionis et legis emanauerit illam bul-
lam non debere publicari In vita ſua quod domini cardina-
les dicunt ſe non recordari videtur iſta eſſe veritas quod de
conſilio et conſenſu cardinaliꝫ . bulla illa non emanauerit . ⁊
iſta coniunctio multarum preſumptionum ad probandꝫ cer
tum actum eſt a iure permiſſa vt eſt gloſa aurea in le. ij. in pri.
ff. de excu. tu. et in capitulo accedens el. ij. vt lite. non pte. et l.
iij. §. eiuſdem. ff. de. teſti. et bartolus in lege prima. §. Itē cor
nelio. ff. de queſtio et bartolus in lege ſicut . C. de proba et di-
ctus antonius in capitulo veniens et ibi Jmola de teſti. mo-
derni in capitulo cum cauſam et in capitulo iij. loco de proba
Et etiam conſidero quia ex quadam bulla dicti eugenij. com
memorantis conſtitutionem fratrum per illum fratrem anto
nium de ruſconibus generalem euidentiſſime colligitur decla
ratio ad bullam ſequentem factam poſtea hoc modo in dicta
bulla eugenius commemorat fratrem antonium de ruſconibꝫ
conſtituiſſe vicarium generalem in qua dicitur h modo d. no-
ſter Eugenius de ſalute et conſeruatione fratrum ⁊c. ſua ſerit
michi cum mandare poſſit aſſiſtentibus reuerendiſſimis pa-
tribus ſancte romane eccleſie cardinalibus videlicet tarenti-
no credo ita cumano morienſi et firmano et de alijs cardina-
libus nullam facit mentionem Et ſic apparet quod illa bulla
emanauerit aſſiſtibus illis quattuor cardinalibus nec alios
commemorat Ex qua bulla datur intellectus optimus et cō-
cors ad iſtam bullam poſtea ſecutam quia licet dicat et con
ſenſu de aſſenſu fratrum noſtrorum cardinalium quod con-
ſideratio qnod cardinales qui nunc viuunt dicunt ſe non
recordari poſſe vt ſuperius eſt dictum quod iungendo .
iſta inſimul videtur quod quattuor duntaxat cardinales

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

nales interfuerunt et non plures quia cum in precedenti bul-
la dicatur de quattuor et cardinales qui nunc viuunt dicunt
ſe non recordari et per conſequens non interfuerunt vt ſuperi
us oſtenſum. ſequitur quod intelligitur de illis quattuor dun
taxat et iſto modo iſta bulla concordat cum alia. Et hoc mo-
do ſaluatur ꝙ habetur in clemen. litteris. de proba. quod pa-
pa dicat verum quod de conſilio fratrum conſtituit dictam
bullam quia intelligitur de illis quatuor cardinalibus expreſ
ſis in bulla in qua fit mentio de fratre antonio de ruſconibus
et ſic apparet manifeſte ꝙ non interuenit conſilium et conſen
ſus collegij venerandi domi. cardina. et perconſequens non
tenuit talis bulla Et etiam poteſt dici vt iam ſuperius dixi ꝙ
poſito non tamen conceſſo quod de conſilio collegij cardina-
liuꝫ emanauerit nichilominus intentio eorum fuit ſublimare
ſacram religionem minorum et non apponere ſciſſuram in or-
dine vt ſuperius fuit dictum.

## Bulla Eugenij ſubrepticia comprobatur.

## Argumentum xvi.

Preterea preſupponitur in puncto quod ad inſtantiam et pe-
titionem ipſorum obſeruantium talis bulla fuit procurata et
ab tenta quo caſu licet papa in dicta bulla dicat ex ꝓprio no-
ſtro motu rc̄. tamen ſi in veritate doceri poteſt quod ad inſtā
ciaꝫ petentis emanauit videretur quod talis motus proprius
nichil operatur et non excluderet ſubreptionem et mouetur
ex pulchro dicto bar. in lege omnes populi. ff. de inſti. et iur.
vbi dixit quod conſtitutio debet eſſe generalis vt lege prima
ff. de. ll. in dicto. §. erit autem lex. pone inquit quod conſtitu-
tio eſt concepta verbis generalibus et tamen conſtare poteſt
quod in odium alicuius preſentati facta eſt ſtabitur verbis ip
ſius conſtitutionis generalibꝰ decidit. quod nō. ideo pulchre

dicebat domin⁹ abb. in dicto capitulo paſto. §. j. de offi· dele.
·vt ſupra retuli quod licet papa in ſuo reſcripto dicat ex certa
noſtra ſcientia. tamē tunc dicitur ex certa ſcientia facere quan
do fuit certificatus de omnibus que potuerunt eum remoue⁊
re a conceſſione facta Ita dicamus in ꝓpoſito quod licet pa⁊
pa dicat ex ꝓprio noſtro motu et certa noſtra ſcientia nichilo⁊
minus ſi poteſt doceri ꝙ in veritate ad petitionē et ſupplicati
onem alterius illud fecit ſtabimus veritati eodem modo qn̄
apponit ex certa noſtra ſcientia ſi in veritate non fuit certifica
tus de omnibus que potuerunt eū remouere a conceſſione fa⁊
cienda ergo ſequitur quod talis bulla poteſt dici ſubreptícia
Ideo attenditur veritas nā vt p̄clare ſcribitur apud Eſdram
prophetam. ij. iij. ix. et x. cap. Ueritas vincit veritas valet et
in valeſcit et ineternum viuit et optinet in ſecula ſeculorum. c
conſuetudo viij. di.

## Quomodo huius bulle extracto res conſcientiā deſuper timuerūt

Et ideo vt preſupponitur in puncto quidam magnus religio
ſus de ipſis fratribus obſeruantibus. Jacobus de zongelis
ſibi fecit conſcientiam de procuratione et ſolicitudine quam
geſſit erga impetrationem dicte bulle. nec eſt credendum q̄d
talis religioſus falſum dixerit arg. c. j. de oper. no. nun' et ei⁹
quod voluit glo. in capitulo expedit. xij. q. j. et hoſti. in capitu
lo finem litibus de dolo et contu. et maxime quia fuit ſollicita
tor ad impetrandū bullā ergo ſtabitur dicto ſuo. ar. l. teopō
pus. ff. de dote preleg. coniunctis ſupradictis preſumptiōibꝫ
quia Eugeni⁹ voluit quod nō publicaretur in vita ſua et car⁊
dinales dicunt ſe nō recordari conſuluiſſe pape conſtitutione
dicte bulle Et ex hoc tollitur cū dicit ꝙ per vnicū teſtē nō da
tur probatio ſufficiens vt. li. iuriſiurandum. C. de teſti capit.
licet. coti. cum ſi. quia illud eſt veruꝫ quando eſt vnicus teſtis
Sed quando ſunt alie. coniecture tunc bene ſufficiūt vt in. c.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſi de ſucceſ. ab inte. et ꝙ no. bal. capitulo j. al. in rubrica. de cõ
tro. inueſti. et ſcribentes omnes in lege ad monẽdi. ff. de iure
iu. et in capitulo ſi. e. ti. et glo in d. lege ij. ff. de excu. tu. et cum
apponit quod talis bulla. fuit publicata pluribus annis cer-
te iſtud non eſt verum quia talis bulla. fuit i eſſe deducta An
no xvj. pontificatus eugenij. M. cccclvj. nõ videtur ꝙ euge-
nius vixerit pluribus annis. poſt xvi. annum ſui pontificatꝰ
et ſic ſequitur ꝙ in vita eugenij non fuit publicata pluribus
annis. poſt mortem vero eugenij poſito ꝙ de dicta bulla fuiſ-
ſet habita noticia non tamẽ ſequitur ergo fuit publicata. pub
licatio enim debet eſſe ſolemnis vt dixit textus in capitulo j.
de poſtu. prela. in ℣. ſolemniter edatur et publice promulget et
maxime quia dicta bulla emanauit per viam legis conſtituti-
onis et eſt contra formam legis. vt fiat cum hoc quod nõ pro
mulgetur et publice edatur. iuxta no. per ſcribentes in. capitu
lo cognoſcentes de conſti.

## Quod ſub generali miniſtro nõ habetur materia diuagandi.

Preterea iſta bulla eſt ſurrepticia. dicitur enim in bulla quod
tolletur materia vagandi quaſi ſentiat quod habendo vnicũ
generalem miniſtrum fratres ipſi obſeruantes vagabantur et
ideo conſtituendo vicarium generalem eo modo quo conſti-
tuitur. tollitur illa materia vagandi iſtud non videtur verum
ponamus ante maximos in hac religione viros qui omni ſãc
timonia coruſcarũt vt de ſtupendo viro fratre antonio de pa-
dua eius ſanctitas mirumĩmodum apud omnes extollitur va
gabatur ne obediendo vni ſoli ſucceſſori franciſci q̇ eſt gene-
ralis miniſter: et eodem modo eſt ſciendum de beato Bernar
dino et depredictis pluribus alijs dicti ordinis minoꝝ fratri
bus omni ſanctitate laudabilibꝫ. qui ſub vnico miniſtro gene
rali viguerunt et tamen vt videmus nullam habuerunt ma-
teriam vagandi. quid de inclito illo Beato ludouico: eſt pro-

fecto cuiuſuis reprehenſione dignuz aſſerere et narrare rama. pontifi. quod datur materia vagandi ſtare ſub generali miniſtro et tollitur materia vagandi ſi detur general' vicarius et optimi obſeruatores fuerũt beatiſſimi viri ludouicus antonius bernardinus et plures alij et tamen ſub generali miniſtro humiles et obedientiſſimi fuerunt et per conſequẽs talis bulla redditur ſurrepticia Quid enim dixerĩ quod ſub obedientia generalis miniſtri fuerunt predicti et alij viri ſanctiſſimi. Nunc vero ſub illo ad ulterino capite vicario. nemo ĩſigni ſãctate coruſcat: Certe ſatius fuit. pudenter alienos ſequi et verecunde. q̃ʒ arrogantur et impudenter ꝓpriũ habere vicarium. vt alludã ad illud Hiero. de platone. ʒaſius.

## Aliud argumentum quod generalis miniſter eſt verus eorũ prelatus dato quod nõ ſit obſeruãs.

Preterea ſi opponatur vt opponitur quod iſti fratres obſeruãtes merentur maiora expreſſis in bulla nec merentur habere prelationem non obſeruantiũ ſupra ipſos obſeruantes. circa hoc eſt diligenter animaduertendum ex eo: quia neſcio videre quo ſpiritu opponatur iſta exceptio ſi fundant opponentes iſtam exceptionem ſe ſuper bulla certe ipſi ſunt in errore ex eo quia papa nõ fũdat ſe in cõſtitutione dicte bulle ſuper non obſeruantia miniſtri generalis. quinimo dico quod papa habilitat et approbat ipſum generalem miniſtrum ſupra ipſum vicarium generalem quo ad verba primo appellat illum vicariuz preſupponit alium eſſe principalem Secundo papa eum facit ſuperiorem liquet quo ad verba quia mandat miniſtro generali vt eum confirmet iſtud eſt ſignum prelationis Item ꝑmittit ꝙ generalis miniſter viſitet perſonaliter per ſeipſũ vicarium viſitatio arguit ſuperioritatem et eugeni⁹ facit miniſtruz generalem capacem prelationis ſupra ipſum generalem vicariuz obſeruantẽ Et ſic aſſumere fũdamẽtũ ꝙ general' miniſter

quia non eſt obſeruans non habet nec habere debet prelatio-
nem ſupra obſeruantes eſt dicere contra ipſam bullaꝫ allegat
imo etiam eſt expreſſe ſequi bohemicam perfidiam et hereſiꝫ
qui dicitur quod regens qui non ſeruat precepta. vel ſit in pec
cato mortali debeat priuari regimine vide Ene. Siluium in
tracta. bohe. Quinimo taliter opponẽtes cõmittit ſacrilegiuꝫ
quia dubitare an is dignus ſit queꝫ imperator elegit eſt ſacri
legium vt dicit tex. in. l. diſputari. C. decrimine. ſacrile. cum
ergo papa facit habilem ipſum generalem miniſtruꝫ ad prela.
habendam ſupra ipſum vicarium generalem fruſtra dubitaꝛ
ſi nõ obſeruans regulam poſſit eſſe prelatus eorum qui regu
lam ſeruunt Item negatur quod generalis miniſter non obſ
uet regulam Beati Franciſci. doceant ergo opponentes vt. l.
doce. C. de re. ven. capi. cum ſuper de conceſ. preben. cum ſi.
Quinimo eſt reprehẽſione dignũ opponere contra paternita-
tem generalis miniſtri quod non obſeruet regulam Franciſci
Item dato non tamen conceſſo quod generalis miniſter non
obſeruet regulam tamen ex quo tolleratur in prelatura eſt ſi-
bi parandum iuxta doctrinam dominicam mathei xxiij. cap.
ſuper cathedram moyſi ſtant ſcribe et phariſei. Omnia enim
quecumqꝫ dixerint vobis ſeruate et facite. ſecunduꝫ vero ope
ra eorum nolite facere. Dicunt eniꝫ et nõ faciunt alligant one
ra grauia et importabilia et apponant et imponunt in hume-
ros hominum. digito autem ſuo nolunt ea mouere Omnia ve
re opera ſua faciunt vt videantur ab hominibus Ideo appa-
ret quod prelatus eſt infidelis vel falſam doctrinam predicat
deſinit eſſe prelatus. Sed pro malis operibus non ſecunduꝫ
mandatum veritatis dominice. Si ergo papa et vniuerſalis
eccleſia tollerat generalem miniſtrum in officio. et deus ipſe
Franciſcus glorioſus etiam tollerant cum non ſit hereticus
aut infidelis nec falſam doctrinam predicat. quare non dig-
nantur fratres vocari de obſeruantia tollerare ſucceſſorẽ frã-
ciſci et ſequi mandatum iheſu xpi potius enim deberent ſum
mas preces porrigere deo immortali vel vt ipſum generalem
miniſtrum deducat ad meliorem frugem Et ad obſeruantiã
regularem vel vt ipſum tollat de vita et puideat de religioſo

obſeruante vt in ſimili notant ſcribentes de papa ꝙ ſi eſt mal⁹ debet eccleſia orare vel ꝙ faciat ipſum reduci ad meliorez vitam deus ipſe īmenſus vel vt eum tollat de vita et non debuerunt inſtare ꝙ ponatur ſciſſura in illa ſacra regula Franciſci vel etiam debebant inſtare ſi ita eſſe putabant ꝙ reuerendus pater generalis non obſeruat illam ſacram regulam et ita poterant probare ꝙ remoueretur ab officio et iſtud fuiſſet laude dignum q̄ʒ venire contra regulaʒ et illam ſcindere in plura capita contra omnem iuris diſpoſitionem nec eſt credendum ꝙ paternitas miniſtri generalis qui omni ſanctimonia eſt pleniſſimus non obſeruet regulam Franciſci glorioſi Et ꝑter hoc papa in ſua bulla ſe non fundauit ſuper nō obſeruantia miniſtri generalis nec etiam predicti fratres obſeruantes hoc appoſuerunt freti doctrina tex. in .c. pleriqʒ boni viri tacent q̄d probare non poſſunt. ij. queſtione. vij. Et ex iſtis oritur concluſio manifeſta ꝙ dicta bulla ꝓduxit. nouam ꝓlem in ordine Franciſci et poſuit ſciſſuram in ordine et finaliter non preiudicat officio et prelationi miniſtri generalis.

## Reſponſio ad occaſiones

Reſtat nunc reſpondere ad argumenta ſuperius adducta in contrarium Non obſtat primū argumentū duʒ dicitur ꝙ papa poteſt apponere duo capita et duos epiſcopos in eodem epiſcopatu. ergo multofortius in ordine Franciſci quia reſpōdeo primo hoc non eſſe verum ꝙ apponit duo capita in eodeʒ epiſcopatu quia tunc faceret mōſtrum quia īmo vnus ſtat vt caput ⁊ alter vt vicarius ita dixit glo. ordinaria in dicto cap. non tamen eſſet diſpoſitio contra naturam et contra oīa iura Ergo eodem mō non potuit apponere duo capita in ordine Franciſci Item papa in iuribus allegatis incōtrarium mot⁹ fuit ad ponēdū duos epiſcopos in epiſcopatu ex cauſa ardua Valerius enim epiſcopus erat nimis ſenectute grauatus ⁊ cito putabatur moritur⁹. et ideo ꝓuidit de Auguſtino viro mirabili qui merebat̄ accedere et apud eū eſſe coadiutor. Eodeʒ

modo de ariminenſi epiſcopo qui erat dolore capitis graua-
tus vnde conſtabat de cauſa neceſſaria. Ideo papa appoſuit
duos epiſcopos in epiſcopatu. modo in caſu noſtro papa rea
liter et effectualiter fecit duo capita in illo ordine ſacro. p̄mo
remouit omnē poteſtatē miniſtro generali ſupra fratres vaca
tos de obſeruantia et illam cōtulit generali miniſtro illoꝝ ob
ſeruantium. et licet eum appellet vicarium. tamen reuera et ef-
fectualiter eſt miniſter generalis vt ſuperiꝰ eſt oſtenſū et iſtud
non potuit facere papa quia cū diſpoſitio monſtruoſa contra
ius naturale. Itez quia in caſu noſtro non eſt cauſa ita vrgēs
et euidens vt fuit in caſu valerij et Auguſtini Item quia cau
ſa caſu illo erat euidens et non erat aſſerta et procurata vt in
caſu noſtro et etiam ſurrepticia quia ſurreptum fuit romano
pontifici dum dicitur ꝙ tollitur materia vagandi vt ſuperiꝰ
fuit oſtenſuz Et ſic ratio nō procedit aparietate caſus Augu
ſtini Nam reuerendo miniſtro generali non aſſignatur iuſta
cauſa priuandi euz poteſtate ſuper omnes fratres ſancti Frā
ciſci collata ſibi ab ipſo franciſco et confirmata per romanos
pontifices Et ſic non poteſt argui de vno ad reliquum quia
ſeparatus eſt caſus lege papinianus exuli ff. de mino. ad idem
eſt lege fi. et ibi Bar. ff. de calū' le. naturalit. §. ff. d̄ aqr. poſſ.
Itē qꝛ mēs pape vt ſuperiꝰ dixi nō fuit diſponere ꝯ regulaz
Franciſci. et dedita fuit ad exaltandum regulam minoꝝ ergo
ꝛc̄. Item quia illa iura debēt intelligi quando de cōſilio col-
legij cardinalium illud fieri debet vt eſt ſuperius demonſtra-
tum Hic vero non interuenit conſilium et conſenſus collegij
cardinalium vt dictum eſt ergo ꝛc̄. Item non intendo dero-
gare in hoc conſilio. poteſtati romano pontificis Et pone ꝙ
dominꝰ eugeniꝰ potuerit diſponere vt indicta bulla diſpoſu
it nichilominus produxit nouam prolem in eccleſia et appoſu
it ſciſſuram in regula Franciſci. que ſciſſura etate noſtra non
videtur fuiſſe appoſita niſi per dominum Eugenium iſtud eſt
indecens vt membra diſcedant a capite vt in capitulo non de
cet. duodecima diſtinctione. Ergo et per conſequens res eſt
cōuertenda ad ſuam priſtinam naturam per modernū roma-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

norum pontifici. argu. capitulo ab exordio. triceſimaqnin-
ta diſtictione. cum ſi ⁊c. Eſt enim regula reducenda ad ſuam
ſolitam vnitatem quam beatus Franciſcus nutu ſpiritu ſãcti
tradidit non enim lacerandus eſt ille ſacer ordo qui maximos
in eccleſia dei pontifices produxit et plurimos eminentiſſime
ſcientie magiſtros genuit et plurimos mirabili ſanctimonia
ſũmis miraculis claruiſſe ex illo ſacro ordine teſtis eſt eccle-
ſia vniuerſalis et omnis ſub vnico Franciſci generali ſucceſ-
ſore claruerunt Nec obſtat dum dicitur quod vnus eſt vicari
us quia ad iſtud apparet reſponſio ſuperius quia eſt quoddã
velamentum non tamen ſufficiens quia reuera eſt miniſter ge
neralis quo ad illos obſeruantes. nec obſtat cum dicitur q̄d
ſuperior tenetur diſpenſare quando cauſa eſt vrgens quia in
caſu noſtro papa non diſpenſauit ex nulla parte bulle apparet
quod papa diſpenſauerit Et nota bulla augenij non eſt diſpē
ſatoria Immo per viam conſtitutionis et legis ſtatuit et de
creuit vt in ea apparet et ſic per modum ſciſſure ſtatuit vica-
rium generalem elegendum et cetera. Et ſic papa alterauit re
gulam Franciſci et poſuit iſtos fratres de obſeruantia in eſſe
ſeparato ab ordine Franciſci Nec obſtat cum dicitur quod
interuenit conſenſus et conſilium cardinalium ex eo quia in
bulla hoc atteſtatur Dominus Eugenius quia ſatis apparet
reſponſum ſuperius. Et etiam apparet ex altera bulla quod
non interuenerunt niſi quattuor. qui non faciunt collegium
cum nõ ſint maior pars collegij cardinalium Ergo et cetera.
Et quia cardinales in quorum conſilio res illa fienda erat di
cunt ſe non recordari quod eoruʒ conſilio facta fuit nec eſt ve
rum quod preſumatur obliuio ex duobus. Primo quia res
eſt ardua et eſt recens vt ſuperius dixi. Nec etiam ob. quod
ſint ſenes quia Immo maior pars dominorũ cardinalium
et eciaʒ pene omnes ſunt iuuenes. nec ſũt ita ſenes vt tradãt
obliuioni arduas res et recentes per eos geſtas nec ſunt illi
ſenes de quibus loquitur ſeneca declamator Nec eſt verum
ꝙ iſta ſit res intricata immo eſt res expedita et ante oculos
dñoꝝ cardinaliũ quotidie rememorata ⁊ pene om̃s viſitant

curiam et limina petri et pauli et predicant fratres dicti de ob
ſeruantia. Nec obſtat ꝙ bulla iſta continet cauſam piam et ſa
lutarem orbi chriſtianoꝝ. quia iſtud nobis nõ cõſtat aliter q̃
aſſertionem factam in bulla, et hoc eſt verũ dummõ tendit ad
exaltationez religionis minoꝝ ita ꝓprie loquitur bulla et illa
fuit mens eugenij et cardinalium ſi qui interfuerunt. Sed vt
ſuperius eſt oſtenſum dicta bulla ponit ſciſſurã in ordine ꝛ no
uam ꝓlem producit et priuat ordinem a ſua vnitate ergo ꝛc.
Item quia iam apparet ꝙ apponuntur cauſe que nõ ſunt vere
cum dicitur. tollitur materia vagandi ex quibus verbis clare
apparet ꝙ illa verba nõ ꝓceſſerũt de ꝓprio motu pape ſed nar
rata fuerunt per ſupplicantes: vt ſuperiꝰ fuit oſtenſũ ergo ꝛc.
Item poſito quod eugenius ex iuſta cauſa motus fuerit ad ſic
ſtatuendũ ꝙ an ſit verũ apparet ex ſuperioribꝰ dictis. tñ iſtud
inficiari non potest ꝙ appoſuerit ſciſſurã in ordine et nouam
prolem ꝓduxerit Nec obſtat cum allegat doctri· hoſti. in dic
to capitu. poſtolaſti quia cõmuniter per doc. ẽ reꝓbata Nec
obſtat cum dicitur ꝙ papa poteſt ardua explicare ſine cõſilio
cardinalium quia iura allegata incõtrariũ ſunt fortiora ꝛ ma
gis ſtringunt et doctores moderni cõmuniter ſequũtur iſtam
partem vt fuit bal. domi' cardinal' zabarella. Jo an. mo. lau.
abb. domi. Pe. de ancha. et etiã q2 ita fuit ſeruatũ infacto. tẽ
pore celeſtini cõferẽtis multas dignitates ſine cõſilio collegij
cardinalium que omnes fuerunt ex hoc ꝑ ſucceſſorez reuocate
Item videmus ꝙ papa quotidie ita facit et minime mutanda
ſunt que certam interpretationẽ habuerunt. l. minime. ff. de le
cum ſi. et nichilominꝰ an papa poſſit explicare ardua ſine cõ
ſilio cardinalium me ſubijtio deciſioni ſancte matris eccleſie
quia alias vellem apponere os in celum. et nichilominꝰ caſus
videtur apertus indicto capitulo per venerabilem. §. rationi
bus. Nec ob. cum dicitur vbicumq̃ papa ſenunciat vel nar
rat geſta a ſe preſumitur ita eſſe quia ſuperius fuit reſponſuz
in argumentis factis pro iſta parte Nec obſtat cuz dicitur ꝙ
dicta bulla emanauit vt redderetur ſecura ab aduerſitate reli
gione minoꝝ quia iſtud non videtur ꝓcedere ex eo quia licet
iſti obſeruantes ſtent ſub obedientia generalis miniſtri nõ ta

men ꝓpter hoc inſurgit aduerſitas impediens regularem ob-
ſeruantiam nunquid damnabitur in generali miniſtro per fra-
tres modernos de obſeruātia illud quod per antiquos obſer-
uantes huius ordinis fratres tolleratum extitit vt de antonio
paduano. ludouico inclite domus Francie nato. bernardino
ſenenſi loquamur qui mirabili ſanctimonia coruſcarunt et re-
gulam Franciſci artiſſime obſeruant. Nec tñ hͦ ſpurcū abho-
minabile vt ita loquar propoſitū habuerūt ſe a iugo Frāciſci
eximere. nec illud odioſum verbuꝫ plenum ſuperbie et ampullo-
ſi tumoris ſcilicet obſeruantie aſſumpſerunt. zaſius. Item di-
citur in bulla vt remoueatur ꝙ efficit eſt ne verum hoc per vi-
uere ſub ſucceſſore Franciſci colorato confirmato per papam
eſt officiū et nocere religioni minorum et poſtea dicitur in bul-
la et nil remaniat ꝙ retrahat ipſos fratres a ſalubritate pro-
poſiti. mirandum longe eſt quod viuere ſub obediencia et re-
gimine miniſtri generalis Impediat eos a propoſito eorum
ſalutari et poſtea dicitur aut vllatenus robur ſacre religionis
impediat et ſic aſſeritur ꝙ impeditur robur ſacre religionis.
ſubici generali miniſtro ſimilia verba in dicta bulla poſita ſūt
que videntur deuiare ab omni maturo intellectu deus glorio-
ſus dirigat iudicantem ad viam veritatis. Nec obſtat cum di-
citur ꝙ ſicut dominus ciuitatis debet augmentare ciuitatem
et replere eam bonis ciuibus eodem modo papa debet auge-
re fidem et orthodoxam et implere eam religioſis in obſeruā-
tia regulari viuentibus quia hoc concedo veriſſimum Ideo
dominus eugenius conſtituit dictam bullam ad augmentum
religionis fidei ꝛc̄. quia ad hoc reſpondeo quia longa eſt ad-
miratio ſi ꝓpter omnia iſta bona. et meliora futura eugeniꝰ ita
ſtatuit ſcirem libenter quare mandauit ꝙ illa bulla non publi-
caretur in vita ſua et quare eam fecit in extremo anno ſui pō-
tificatus et etiam non conſtituit tempore eo quo ille frater an-
tonius de ruſconibus ſuaſione pape conſtituit vicarium. cer-
te ſiniſtra ſuſpitio oritur ex hoc. Item iſta ſunt aſſerta nō ſūt
probata vt dictum eſt Item vt ſuperius oſtenſum fuit reuera
iſta bulla emanauit ad ſupplicationem et nō motu proprio vt
ſuperius fuit dictum. ergo oportet verificare omnia iſta aſſer

ta Item licet ita ſit ꝙ omnia iſta bona proueniant ex hoc ꝙ eligatur vicarius generalis ita vt in bulla continetur (non ta-
men concedo ) nichilominus producitur noua proles fratrū aliena a mera regula Franciſci per conſequens alterata eſt illa regula et ſciſſa quod nullo modo roma. pontifex pati de-
beret. Nec obſtat cum dicitur turpe eſſe prelatum non obſer
uantem habere prelationem ſupra obſeruantes quia ad hoc reſpondeo primo hoc non probatur ꝙ pater generalis nō ſit obſeruans Secundo papa in dicta bulla ſua ſe nō fundat ſu-
per hoc. imo certo caſu conſtituit ipſum miniſtrum generalē ſupra ipſum vicarium generalem obſeruantem ergo ꝛc. Itē quia contraria procedunt in prelato infideli et falſa predican
te et huiuſmodi non eſt miniſter generalis nec eſt verū ꝙ ſint diuerſe profeſſiones niſi ex dicta bulla bene videntur eſſe di-
uerſe profeſſionis fratres nominati de obſeruantia fratribus ſancti Franciſci ex quo dominus Eugenius alterauit illam regulam vt ſuperius eſt oſtenſum Nec obſtat cum in bulla di
citur ſuadentibus et conſulentibus ſuaſionis noſtre ꝓpoſitū. Quia reſpondeo ꝙ propoſitum pape fuit exaltare religionē minorum et illud conſuluerunt ipſi profeſſores et probi viri ī theologia ſed iſta bulla videtur apponere ſciſſuram in ordine et iſtud non ſuaſerunt illi probi viri Nec etiam eſt veriſimile quod voluerunt ſuadere pape ſciſſuram in regula. et produ-
ctionem noue prolis in regula Franciſci. Nec obſtat cum dici
tur ꝙ oritur quedam pactio ideo iſti fratres ſancti Franciſci ſeruent pactum quia ad hoc reſpondeo ꝙ non potuerunt illi probi viri preiudicare regule Franciſci vt in capi. delictum ꝑ ſone de regu. iur. lib. vj. Nec etiam interuenit ꝯgregatio toci-
us capituli generalis ordinis beati Franciſci ad ſic ſucceden
dum ergo ꝛc. Nec obſtat cum dicitur ꝙ in bulla papa dicit ſe per experientiam didiciſſe ꝙ ex electione vicarij generalis pa
ratur quies fratribus obſeruantibus. tollitur materia vagan
di preſtatur opera ſacris ſtudijs quia ex iſtis verbis ſequitur quod viuendo ſub obedientia generalis miniſtri non paratur quies fratribus obſeruantibus Item preſtatur eis materia vagandi mirum eſt. ꝙ certe caro et ſanguis ſibi hoc reuelauit

et non ſpiritus. et dominus eugenius homo fuit et errare po-
tuit vt in. c. nos incompetenter. ij. q. vij. dominus iudicans ꝓ
iuſticia ſua bene conſiderabit ſi ex experientia dominus Eu-
genius iſta in veritate potuerit adiſcere licȝ ita aſſerat et ido
dicendum eſt ꝙ domino eugenio iſta narrata fuerunt a ꝓcu-
ratoribus conſtitutionum huius bulle ꝙ ꝛc. Nec obſtat cũ di-
citur ꝙ dicta bulla emanauit ꝑ viam conſtitutionis et legis ⁊
ꝑconſequens preſumitur ꝙ iuſta de cauſa emanauerit iſta bul
la. quia ad hoc reſpondeo ꝙ iſta non eſt lex generalis lȝ ema
nauerit ꝑ viam ꝯſtitutionis tamen non eſt conſtitutio genera
lis ꝙ eſt de natura legis. iiij. di. erit aut lex. Secundo licet ꝑ
modum legis emanauerit tamen potuit ad peticionem alteri
us ſtatui et in odium alterius vt in l. j. ff. de doli. except. et vo
luit bar. in. d. l. oĩs populi. ff. de iuſti. ⁊ iur. et ita fuit in caſu
noſtro quia in puncto ꝓſupponitur ꝙ quidaȝ obſeruantiſſim⁹
dicte obſeruantie pater aſſeruit ſepcuraſſe illam bullam ꝙ ꝛc
Nec ob. cum dicitur ꝙ iſta bulla non inducit aliquid de no-
uo ſed iſtud fuit iam inductum ꝑ conſilium conſtancienſe et ꝑ
martinum. quia ad hoc reſpondeo ꝓmo fuit derogatũ conſti-
tutionibꝫ cõcilij conſtancienſis ꝑ ipſum martinun. v. ⁊ ſic cuȝ
in dicta bulla fit mentio de martino in hoc reperitur ⁊ conpre
henditur ſurreptio quia martinus derogauit illis conſtituti-
onibus Item ſit ita ꝙ concilium conſtancienſe ita ſtatuerit ⁊
martinus confirmauerit licȝ in bulla eugenij colligatur ꝯtra
rium inquãtum in ea dicitur deinceps vt ſuperi⁹ fuit oſtenſuȝ
nichilominus illi poſuerunt ſciſſuram in ordine Franciſci et
conſtituerunt nouam ꝓlem ꝙ eodem modo corruerunt ille cõ-
ſtitutiones vt corruit dicta bulla eugenij. Item quia nõ repe
ritur ꝙ ante bullã conceſſam ab Eugenio dicti fratres conſti
tuerunt ſibi vicarium et ideo in bullaꝫ dicit̃ deinceps. ꝙ ſeq̃tur
ꝙ non habuit ortũ electio vicarij generalis añ bullaȝ eugenij
Et poſito ꝙ ortũ habuiſſet tamen fuit reuocata ꝑ martinum
et etiam quia non erat ĩ virili obſeruantia electio ipſi⁹ vicarij
Nec obſtat. cũ dicit̃ ꝙ iſti nõ ſint obſeruãtes et debent ꝓuari
cõmodo ⁊ ꝓlatione quia agãt ⁊ ex ꝑiant̃ ꝯ ipm miniſtrũ quia
eis reſpõdebit̃ ꝑ ipſum generalẽ miniſtrũ ⁊ eis fiet iuſticie cõ-

plementū. Nec. ob. ſi dicat͛ erūt ꝗ menbrum putridum et inu-
tile i ordine franciſci ipſi obſeruātes ꝗ quotidie ꝟtutib9 predi
catiōib9 ⁊c̄. clareſcūt Ad h̄ reſpōdeo ꝙ nō merent͛ eſſe aut dici
menbrū putridū imo vtilem pariūt fructū i ordine Frāciſci ⁊
in ſancta fide. ſūt enī exaltandi ⁊ honorādi et miniſter genra
lis ex ſua prudentia diſcretiōe ⁊ ſua ſapiētia ꝓuidebit ſuis cō
uentib9 et ſuis prouīcijs ꝑficiēdo ipſis guardianos cuſtodes
miniſtros ⁊ ſimiles de eoꝝ ſimilib9 obſeruātib9 ponet enī fra-
tres obſeruātes ꝗ ſcient alios regere et docere ad guardiana
t9 officia et ſimilia ⁊ fiet vnū ouile et vn9 paſtor et vn9 domi
n9 vna dom9 tunica indiuidua et icōſutilis in illo ſacro ordi
ne Et ex predictis cōcludo ex bulla predicta eugenij ſeꝗ ſciſſu
ram in ordine Franciſci et ſeꝗ nouā ꝑlis productionem et il-
lū vicariū generalem dici miniſtrum generalem ex bulla euge
nij nec eſſe vicariū miniſtri generalis. Cōcludo eccleſia illam
bullam ex mente eugenij nullo modo preiudicare miniſtro ge
nerali Et proteſtor ꝙ ſi aliquid dixerim ꝙ repugnaret ꝑceptis
et deciſionib9 et ſacroſancte romane eccleſie et ſanctiſſimi do
mini noſtri domini pape et ſacri collegij dominoꝝ cardinaliū
illud reuoco et annullo et cancello. Et pro nullo et cancellato
habeo et haberi volo ex nunc et ſemꝑ me ſubijciens deciſioni
ſacro ſācte eccleſie romane Laus deo domin9 Andreas bar-
batia ſiculus vtriuſ ꝗ iuris monarcha .

G. B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

S·C·F·C·N·M

nunc

Sebastiani S·F· Miegij à Bestlz:

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Hunc librum monasterio Divi Ettonis vulgò
Ettenheimbmünster per legatum donavit Prænobilis
et strenuus D. Franciscus Egon Reich ab altdorff
Satrapa Ettenheimensis qui die 16tâ 8bris anno 1724
piè in Domino obdormivit. requiescat in pace. amen

Litr: a. q. 358.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg